UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlae Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romae, 1616

Regulæ Excitatoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68329

Visual Library

REGVLAE EXCITATORIS.

P.3. c.2.§.2. lit. E. & p.4. c.10. §.9. Quo tempore cubitum ibit, & alios excitabit.

1 MEdia ſaltem horæ parte ante ceteros cubitum eat, eodemque temporis ſpatio ante alios mane ſurgat, & hora conſtituta campanam pulſet, ſtatimque ad omnia cubicula lumen deferens, cunctos excitet. quod vt certius, & melius præſtare poſsit, horologium excitatorium à Superiore habeat.

Quando viſitabit.

2 Quarta horæ parte ab excitatione elapſa, cubicula rurſus inuiſet, ac ſi quos nondum ſurrexiſſe comperiat, Superiori nunciet.

Quando pulſabit ad orationem.

3 Poſt aliam quartam horæ partem ad orationem pulſabit, ita vt ab excitatione ad orationis vſque initium, ſemihora intercedat: abſo-

abſoluto vero tempore orationi deputato, finis ſignum dabit.

Adiutores has regulas obſeruent.

4 Si quorum opera indigebit propter multitudinem eorum, quos excitare, aut viſitare debet, eos à Superiore petet, quos ſeruare eaſdem regulas curabit: ſi qui autem debiles, aut valetudinarij erunt, eos iuxta ordinem Superioris excitabit.

Minus decenter dormientes obſeruet.

5 Si quem videret communem illam regulam minus obſeruantem, qua omnes decenter cooperti dormire iubentur: Superiorem monebit.